

II m
875

6.156.

M. F. 815

GEORGII VIONNET
E SOCIETATE IESV

MVSEVM
NVMMARIVM
CARMEN

SIVE
NOTITIA
REI NVMMARIAE VETERIS
RECENSIVT PRAEFATVSQVE EST
IVLIVS CAROLVS SCHLAEGER
SERENISS. DVC. GOTHAN. A CONSILIIS
ET ANTIQUITATIBVS.



HELMAESTADII
TYPIS DRIMBORNIANIS
CCCCXXXIII.

GEORGII VINCENTI
H. SOGDESTADTENS

MUSEUM
NUMMARIVM
CVRMEN

NOTITIA
REI NUMMARIVAE VETERIS
LIBRARIAS CVRROLAS SCHOLAEGER
RECENSUS ET PRACTICAS HABET
STUTINERIENSIS DAGO. GODFRED. A. COXSENBURG



URBANESTADII
TYPIS DRIMONDINIANIS
CLOCCXXVII



LECTORI ERVDITO

S. D.

IVLIVS CAROLVS SCHLAEGER.



irtutis ea si est pulchritudo atque dignitas, ut, etiam in hoste posita, delectet inque sui rapiat admirationem cunctos, qui non affectibus, sed veritatis ducuntur amore: vitio verti debet nemini, nobiscum arbitranti, Gallos, ob litterariae ciuitatis pomoeria strenue proleta, honorificentissimis laudibus esse mactandos; licet patriae nostrae fines coarctare a multis retro saeculis sint annisi atque etiam nunc perturbare omnibus contendant viribus. Nihil enim in spatiofissimo eruditiois campo occurrere, quin nationis huius, diligentia pariter atque sollertia eminentis, studio cultum, ornatum, auctum atque amplificatum sit, norunt, qui disciplinarum fata et incrementa haud ignorant. Taceo iam de perpolitis in Gallia doctrinis sanctioribus:

a 2

nec

nec exultam ibidem tango iuris prudentiam, aut artem
salutarem; quarum scientiarum in primis postrema tan-
tum debet cultissimo isti populo, quantum alii prope-
modum nulli. Satis habeo, eas nunc testari litteras, qui-
bus homines ad humanitatem informantur. Hae enim
quemadmodum omnes ac singulae Gallorum industria
nitoris acceperunt plurimum: sic praecipue, quae in
earum numero longe nobilissima merito censetur, ars
venusti orbis nummos cum scite disponendi, tuu[m] re-
cete interpretandi eorundem infinitis sumtibus omni-
que ratione locupletata est ac tantum non perfecta.
Tanti sane Galliae habitatores sagaces, inde a renatis lit-
teris, aestimarunt scientiam nummariam, vt in regibus
suis nonnullos, in principibus complures fuerint venerati,
in ciuib[us] autem suis bene multos viderint, qui illam
praeimis, voce et scriptis promouere laudi sibi duxerunt
ingenti. Norunt omnes, iis tantum exceptis, qui omnia
ignorant, **L V D O V I C U M M A G N U M**, qui immortalis
nominis heros vel solus dictis nostris fidem conciliare
potest. Cum enim Marti litauit Minerue, tum ea pieta-
te coluit Mineruam, vt, laudatissimo, nec infelici cona-
tu, florem litterarum perennem redditurus, sumtibus
propemodum infinitis Lutetiae Parisiorum peculiarem
condiderit Academiam, cuius sodales, viri omnibus inge-
niis artibus instructissimi, vniuersam doctrinam huma-
niorem, in primis autem nummariam, decorarent dita-
rentque. Respondisse autem huic digne satis nunquam
cele-

celebrando regis maximi desiderio viros, in collegium
istud perillustre cooptatos, satis superque loquuntur
rerum ab ipsis gestarum annales, quorum iam aliquot
volumina, typis splendide excusa, eruditii, maximo cum
fructu, manibus terunt. Nihil iam addo de principibus
magnanimis, AVRELIANENSIBVS, CROYACIS et
ARSCHOTANTIS, aliisque viris, illustri in loco, apud
Gallos, et superiori, et hac nostra tempestate, positis, qui
Graecorum Romanorumque cimelia aurea, argentea, aerea
in aedium suarum penetralibus, in litteratorum commo-
dum, depositierunt. Cunctos regio, aut principaliter san-
guine in Gallia cretos, quibus res numismata antiqua cu-
rae cordique olim fuit atque hodienum est, enumerare eo-
rumque merita recensere si vellem: transgrediendi mihi
forent limites praefationis, non adeo multarum pagina-
rum libro praemittendae. Quin itaque eorum ad ex-
emplum, qui terrarum sunt domini, totus, ut aiunt,
componatur orbis; quumque optimatum liberalitate ar-
tes certissime alantur: quis demirabitur, Gallos, non qui-
dem illuſtrissimo natos loco, sed doctrinae abundantia cla-
ros, certatim animum appulisse ad culturam scientiae
numismatae, quam tanto in pretio esse principibus suis
animaduertebant? Laete in hoc campo exsultarunt glo-
riamque inde affectuti sunt, nullo tempore intermoritu-
ram, ALTINI, BANDVRII, BAVDELOTII, BIMAR-
DI, DE BOSII, CHAMILLARTII, CHIFLETII, GAL-
LANDI, GRAINVILLII, GRAVEROLII, GVRANI,

GVATHERII, HARDVINI, IOBERTI, MAHVDELLI,
MENETREII, MOLINETI, MONTFAVCONII, NI-
CASII, PATINI, PISONES, POVPARTII, RAIN-
SANTII, RIGORDII, SAVOTI, SEGVINI, SIRMON-
DI, SPONII, TOINARDI, TOVRNEMINII, TRI-
STANI, VAILLANTII, DV VALII, VEYRELII et,
praeter hos, complures alii, qui tanta animi contentione
ad nobilissimum hocce studium incubuerunt, vt nullam
omnino eius partem intactam reliquerint. Eorum enim
nonnulli de pretio et vtilitate commentati sunt veterum
numisimatum. Alii eorundem auxilio partim religionem
priscorum hominum, partim vnum alterumue eorum
auctorum, quos classicos vocare solemus, illustrarunt.
Quidam vel diuersi generis, metalli et magnitudinis, vel
Graecos Romanosque, consulares, imperatorios et colo-
niarum, numimos descripserunt, et subinde quidem ea
methodo, vt inde nunc geographiae chronologiaeque,
nunc antiquitatibus, nunc historiae litterariae, ciuili et
naturali, aliisque scientiis atque artibus et lucem haud
contennendam, et incrementum adferrent maximum. Ne-
que etiam desiderantur inter illos, quibus vniuersam ar-
tem numisinatingam in praecepta includere nequaquam
fuit difficile. Quid? quod Gallorum tot in hac materia fly-
lo perpolienda elaborarunt, quot apud ceteras Europae
cultioris nationes vniuersas haud reperiuntur. Quum e-
nij in patria nostra non nisi OLEARII, GLEICHII,
RINCKII et nuper admodum HANTHALERII, apud
An-

Anglos solus IOAN. EVELYNVS atque inter Italos vni-
cus AEN. VICVS hunc lapidem, in eruditae iuuentutis
commodum, voluerunt : Galli enumerant integrum deca-
dem ciuitum suorum , qui praecepta ad numismata ordi-
nanda explicandaque necessaria dederunt ; quorum labo-
res strictum , sed accurate , recensere tanto magis operae
erit pretium , quo propius id abest ab eius libelli argu-
mento , cui nunc praefamur .

Primus , qui hoc nomine artis nummariae tirones si-
bi gestiit deuincire , est ANTON. LE POIS , sive , ut aliis
vocatur , PISO , scientiae salutaris peritus et apud Lotha-
ringiae ducem medici functus officio . Huius enim ex-
stat libellus , ita inscriptus : *Discours sur les medailles et*
graveures antiques , principalement Romaines , avec une
exposition particuliere de quelques planches , ou tables
etant sur la fin du livre , faculique decimi sexti an-
no septuagesimo nono Parisiis publici factus iuris . Di-
stinctum est non adeo magnae molis opus in partes duas ,
quarum altera numismatuni materiam variam , antica-
rum posticarumque partium imagines , typos , inscriptio-
nes , litteras singulares , notas , et alia momenta , quae artis
nummariae candidato debent tradi , exponit ; altera speci-
men exhibet vtilitatis , quae ex nummis percipitur ad Ro-
manorum res gestas antiquitatesque penitus cognoscen-
das . Ut verum fatetur ingenue , frustra hactenus captauit
occasionem libellum hunc , rarerter obuium , inspiciendi-
noti-

notitiamque eius debeo diligentiae ANSELM. BANDV-
RII. Nescio itaque, num istud splendidum familiae Be-
neditinae fidus iure, an iniuria plagii litterarii possumet
PISONEM, dum in *Bibliotheca nummaria num. XXI* scri-
bit : *Libro singulari de nummis ac gemmis antiquis ita*
differuit PISO, ut inter scribendum oculos in Aeneae
Vici Discorsi sopra le Medaglie de gli Antichi subinde re-
flexisse videatur; nam adeo simili arguento sunt tra-
ctatus hi duo, ut, qui vtrumque recte norit, ambos norit.

PISONEM in hoc stadio secutus est, immo superauit
multum LUDOV. SAVOTVS, similiter ex arte medica,
quam in aula Christianissimi regis exercuit, inque Par-
isiensi Academia publice professus est, clarus et tota eru-
dita cinitate, propter eximia in rem nummariam merita,
summo honore et nomine, cuius lucernam olens liber,
hocce ornatus titulo : *Discours sur les Medailles anti-*
ques, divisé en quatre parties, Parisisque 1627. 4. in lu-
cem emissus, cum omnium exceptus est applausu, tum
dignus iudicatus a sollertissimo supellectilis antiquariae
iudice, IOAN. GEORG. GRAEVIO, quem, LVDOLPH.
NEOCORI opera Latio donatum, egregii sui *Thesauri*
antiquitatum Romanarum volumini penultimo infereret;
sicuti etiam SAVOTI iudicium de rarioribus et frequen-
ter obuiis Impp. Rom. numismatibus, ex memorati operis
parte ultima excerptum, quod PATRICIVS IVNIVS
in Latinum conuertit atque in compendium rediget, pu-
blici

blici iuris factum est a THOM. HEARNE in *Appendice ad collectanea historica IOAN. LELANDI*, Tom.V. pag.269-282, id quod me docuit post cinera etiam, a me imprimis, collendus IO. ALB. FABRICIVS in *notis ad laudati BANDVIT Bibliothec. nummar.* pag. 51. Quatuor sectionum, quibus opus eruditissimum absoluitur, prima occupata est in confutandis argumentis, quibus partim SEBAST. ERIZZVS confirmare satagit, partim effici posse videtur, pleraque numismata a veteri moneta esse segreganda. Secunda examinat numminorum materiam, aurum nempe, argentum, varia aeris genera, stannum et plumbum, tam album, quam nigrum. Tertia nummorum pondus et valorem explicat. Ultima autem parte disputatur de rareitate et pretio numismatis antiqui hodierno, aliisque momentis, quae ad penitorem rei nummariae cognitionem requiruntur. Tanto ingenii acumine tantaque diligentia et eruditione de singulis his commentatus est SAVOTVS, vt viros doctos oporteat ipsi lubenter condonare peccata, passim commissa, quae vir egregius procul omni dubio vitasset, si viuendo nostra attigisset tempora ipsius aetate auro, argento aereque veteri longe ornatiiora et copiosiora.

Iam ante SAVOTVM notitiam numismaticae artis tironibus exhibere molitus est CLAVD. CHIFLETTIVS, publicus iuris in Academia Dolana interpres, anno 1580. praematura morte exsiccatus: quoniam vero eius, qui huc spectat, liber anno demum proxime elapsi saeculi vigesimo octauo, una

b

cum

cum ERYCII PUTEANI tabulis rei nummariae, Louanii in 8. lucem adspexit, post SAVOTI laborem nobis fuit nominandus, qui in hac qualicunque opella ordinem chronologicum obseruare constituiimus. Intelligimus eius de antiquo numismate librum, quem haud ingratum fuisse viris doctis, inde quodammodo licet colligere, quod plus vice simplici typographos habuit sollicitos. Nam, post primam editionem Louaniensem, iterum Antuerpiae, et correctior quideam, ad calcem Diss. HENR. THOM. CHIFLETII de Othonibus aereis 1656.4. tertium, cura RUD. CAPELLI, vna cum huius Nummophylacio Luederiano, antiquo et recentiori, Hamburgi 1678. fol. et tandem quartum tom.I. Thesauri antiquitatt. Roman. ab ALBERT. HENR. DE SALLENGRE adornati, pag. 651. sqq. est excusus. Neque immerito iste honos habitus est huic libello, quippe in quo non pauca artis numismatice praecpta erudite, sed summatim, enarrantur, inspersis passim atque etiam solutis quaestionibus iuris Romani, ad rem nummariam spectantibus. Quum vero posthumum sit opusculum : quiuis intelligit, illud naevis et defectibus non carere, de quibus fortassis hodie non conquereremur, si parenti ipsi licuisset suo fetui manus obstetricias adhibere.

Nouimus, GAILLARDVM quoque GVIRANVM, circa superioris saeculi medium in Nemausensi Senescallia et praefidiali curia regii consiliarii, in supraem autem A-rausisionensi senatoris officio functum, atque in litteris e-
legan-

legantioribus non leuiter versatum, id egiſſe, vt artis nummariae compendium conderet. Pollicitus hoc est in fine non inelegantis *Explicationis duorum vetustorum numismatum Nemaufenſum*, Arauſione 1655. 4. editae, vbi etiam huius opusculi capita praecipua ſic recenſet: *Catalogus auctorum, qui de numiſmatiſbus ſcriperunt, vel qui ad illorum intelligentiam faciunt. De utilitate capienda ex numiſmatiſbus. An numiſmata ſint monetae annume-randa? De materia et falſitate numiſorum. De fabrica-tione et notis numiſorum diuerſi generiſ. De characteri-bus, numeriſ et litteriſ, in illiſ expreſſiſ, diuerſae for-mae. De numiſmatiſbus incognitiſ, vel ſaltem obſcuriſ et abſtruſiſ. Explicatio et illuſtratio DXXXV antiquo-rum numiſmatuſ, ex diuerſiſ auctoriſbus et ſolo Nemaufenſi collectoruſ, ordine alphabeticuſ, cum figuris.* Quam-uis autem ex hac synopſi intelligamus, G V I R A N V M nobilem hanc materiam omnem exhaustire haud habuiffe conſtitutum: quoniam tamen de eiusmodi argumentiſ commentaturuſ erat, quae alibi fruſtra quaeruntur, optan-dum eſſet, ut eius labor in publicum prodiuſſet, aut etiam nunc produceretur. Neque enim in conatu ſubſtitit, ſed perfectuſ ab auctore relictuſ ante annos non adeo multos peruenit ad Liberum Baronem ab Hohendorf; ſicuti te-flatur A N S E L M . B A N D V R I V S l. c. num. LXX. qui et iam obſeruat, nummos ita delineatoſ eſſe a G V I R A N O, ut iis, niſi harum artiuſ peritiſſimuſ, vti non poſſit.

b 2

Per-

Peruenimus nunc ad eum, qui non modo variis iisque plane egregiis operibus rem nummariam locupletauit, sed in eorum etiam commodium scripsit, qui numismata paullo penitus cupiunt cognoscere, CAROLVM nempe PATINVM, virum ex scientia medica, muneribus honorificis et filiabus eruditis clarum atque nobilem, nobiliorum autem ex eo, quod maximum eruditorum numerum sacris nummariorum initiauit, atque etiam hoc nostro aequo subinde initiat. Vt enim in eius *ad historiam numismatum introductione*, Gallice conscripta atque plus simplifici vice cum Parisis, tum Amstelaedami edita, immo Latine quoque ac Italice versa, nec soliditatem requiras, nec ordinem, et pleraque omnia, quae ad hanc artem spectant, perstringuntur: ita eius lectio diligens et attenta fructuofissima fuit rei nummariae studiosis. Immo, quium hoc in opusculo PATINVS scientiae nummariae praecincta perspicue tradiderit: gloriari queunt utique ipsius manes, sua opera elegans hocce studium ad eam amplitudinem, quam nostra aetate admiramur, esse perductum. Quoniam hocce opusculum ignotum est nemini, sed lectum ab omnibus, qui nummis delectantur: illud accurate recensere merito superuacaneum arbitramur, censentes contra iniuste agere BANDVRIVM, dum *I.c. num. CVII.* PATINVM propterea turpis plagii insimulat, quod, licet omnia, aut pleraque saltem a SAVOTO acceperit, eum tamen ne quidem in praefatione nominarit, ubi ceteros, per quos profecerit, recenseat. Nequeunt, qui prima scientiae alicuius elementa tradunt, huius criminis postulari,

quod-

quoniam breuitati studere coguntur, cui obnoxia est longa auctorum enumeratio. Deinde falsum est, **PATINVM** scriptores, qui antea de numismatice elementis tradendis cogitarunt, in praefatione ludasse; saltem in eius introductionis versione Latina nusquam ille catalogus compareret. Denique bene memor **PATINVS** meritorum **SAVOTI**, eum doctissime scripsisse obseruat eo capite, quo de iis commentatur, qui numinos antiquos scriptis illustrarunt.

Nec omissus est **JOSEPHVS MARIA SVARENSIS**, patria Auenionensis; munere vero Episcopus Vashionensis et Vicarius Basilicae D. Petri, quippe cuius circumfertur *de numismatibus et nummis antiquis Dissertatio*, bis typis excusa, primum nempe Romanis 1668. 4. atque iterum Amsteladamenibus 1683. 12. Lemmatibus, nimia breuitate laborantibus, in hac scriptiuncula primum recententur variaeorum argumenta, qui vetera numismata fuisse in viu commercii aut cum **SEB. ERIZZO** negant, aut **LVD. SAVOTO** adstipulati contendunt; tum de numismatum dignitate, origine, aetate, materiaque disputatur; denique prima frons et, qui eam ornant, deorum, herorum virorumque illustrium vultus considerantur; tandem recensentur auerae partis sacra, politica et bellica, ut et nobilitatis, artis, virtutum et vitiorum symbola.

Sequitur **CAROL. CAES. BAVDELOTIVS**, quem strepitus fori, in quo se juris peritissimum praeficit, adeo non auocarunt ab elegantiorum litterarum cultura, ut

potius illis diligentissime non minus, quam felicissime sit operatus, eoque ipso meruerit cum gratiam magnatum et applausum bonorum omnium, tum locum in regia inscriptionum ac bonarum litterarum Academia Parisina. Habeimus eius non quidem molis magnae, at solidae eruditionis opuscula, partim seorsim, partim vero in laudatae Academiae annalibus publici facta iuris, quibus varii generis nummos, lapides gemmasque scite est interpretatus. Eminet in illis, qui in rem nostram facit, libellus, hoc insignitus titulo : *L'utilité des voyages et l'avantage, que la recherche des antiquitez procure aux savans*, bisque Parisiis, nempe 1686, et 1693. duobus voluminibus in 12. excusus. Maximam quidem operis exquisiti partem occupant multa doctrina refertae commentationes de inscriptionibus, statuis, gemmis, annulis, Abraxis, Talismanibus, codicibus manuscriptis aliisque orbis vetusti reliquiis : non omittuntur tamen, qui in supellectili antiquaria familiam ducunt, nummi ; quin potius singulari sectione omnia propemodum exponuntur, quae scire oportet numismatice artis candidatum. Tomo enim priore pag. 72. et sqq. nummorum utilitatem studiumque, quod viri principes in illis colligendis posuerunt, persequitur **BAUDELOTIVS**; posteriore vero pag. 554-745. primum agit de eorundem origine, materia, magnitudine varia nominibusque. Tum expendit nummos Hebreos, Graecos, Punicos, Barbaros ac Romanos, simulque cum catalogum regum virorumque illustrium Graecorum, quos in nummis obseruant antiquarii, exhibet, tum suam de

de coronis radiatis, in numinis Graecorum obuiis, nec non de nummis Romanorum plumbeis sententiam exponit. Postremo differit de nummorum raritate, de methodo suppositios a legitimis discernendi et de variis rationibus nummorum antiquorum ἐντυπώσατε faciens. Subiungitur denique, praeter seriem Imperatorum, Caesarum, Augustarum Tyrannorumque Romanorum, quorum hodie supersunt numismata, index cimeliarchiorum, quae superiori saeculo celebrabantur. Erat BAVDELOTIVS peracutus ingenii et acer inuestigator rerum antiquarum, qui, ut multa legerat, multa Musea recensuerat, atque lecta visaque scite nouerat disponere, ita singula haec de nummis capita ea elegantiā, tanta cura, sollicitudine et doctrina elaborauit, ut et delectent, et fructuofissima sint, immo nemo solidiorem nummorum scientiam queat iactare, nisi qui Baudelotianas obseruationes expendit inque succum ac sanguinem conuertit.

Post BAVDELOTIVM ad artem numismaticam singulari libello perpoliendam accessit LUDOV. IOBERTVS, e societate Iesu, idque consilium ea felicitate est exsecutus, ut omnes, qui ante ipsum de nobili hocce argumento scripserunt, multis modis superauerit. Summa enim cum utilitate manibus terunt tirones eius opusculum, in frontispicio ita inscriptum: *La science des Medailles antiques et modernes, pour l' instruction des personnes, qui s' appliquent à les connoître; quippe in quo de nummorum aetate, metallis, mole varia, effigiebus*

bus, inscriptionibus ac linguis, quibus haec constant; nec non de eorundem vitiis, integritatis signis, ornamentis, symbolis ceterisque, quae vel ad comparanda numismata, vel ad fructum aliquem ex eorum contemplatione capiendum scitu sunt necessaria, multo plenius ordinatusque, quam antea factum erat, disputatur. Aude et cum gaudio hunc fetum exceperisse antiquarios, documento esse possunt variae eius editiones versionesque. Vix enim lucem adspexerat Parisiis 1692. 12. quum Amstelaedamenses de eo recudendo cogitarent atque etiam anno post nitide exscriptum prodire iuberent. Florebat ea aetate Lipsiae vir, ad Musas elegantiores iuuandas natus, FRID. BENED. CARPOZOVI^S, qui, libelli Iobertiani utilitate atque elegancia captus, auctor erat CHRIST. IVNCKERO, vt eum Latio donaret. Prodiit haec versio Lipsi. 1698. 8. atque nitore cum chartae, tum typorum est conspicua. Italicam quoque versionem orbis eruditus accepisset, nisi interpretis, FRANC. MEDIOBARRI, obitus eius prohibuisset editionem. Quod vero attinet ad Anglicam versionem, quam se vidisse GENEBRIE RIV^S adfirmavit IOBERTO, eam nunquam publici factam esse iuris inde licet coniicere, quod, qui eam, praeter GENEBRIEV^M, viderit, sciā neminem: sicuti et ego eandem quamvis sollicitē, frustra tamen in hoc usque tempus quaesiui. Quum itaque vidisset IOBERTVS operam suam non displicere eruditissimis viris, sed plerorumque omnium albos meruisse calculos: excitatus hoc applausu est ad eius editionem nouam locupletioremque ador-

adornandam, quam, Lutetiae 1715. duobus volumini-
bus in 12. editam, Amstelaedamenses typographi biennio
post sub prelum reuocarunt. Exstat quoque eius versio
Germanica, ab anonymo Lipsiae, vel potius Noribergae
1718. 8. manumissa. Quamuis autem IOBERTVS, vt
iteratam editionem priore auctiorem sisteret, annis est:
non aequa tamen allaborauit vineta propria caedere et, in
nouos ne raperetur errores, cauere. Stylum enim iusto
negligentiore esse, conqueruntur, qui linguae Gallicae
norunt elegantiam. Plurima quoque momenta tironi-
bus apprime vtilia silentio prorsus praeterit, et con-
tra regulas complures tradidit, partim omnino falsas, par-
tim autem pluribus explicationibus obnoxias; sicuti et-
iam amore amici sui, IOAN. HARDVINI, abreptus hu-
ius coniecturis, vel, vt veriori nomine appellantur, so-
mniis nimium tribuit. Tulit hocce iudicium de IOBER-
TI libello IOS. BIMARDVS, in re antiquaria vniuersa
longe versatissimus dignissimusque regiae bonarum litte-
rarum Academiae Parisinae sodalis, cui propterea etiam
erudita ciuitas est obstricta, quod memoratum opusculum,
in tertia eius editione, quae ante hos annos quinque in
Galliarum metropoli prodiit, corrigere et perpolire ope-
ram dedit haudquaquam segnem. Stylum enim emenda-
uit BIMARDVS passim quidem, haud tamen vbique; si-
quidem illa loca, vbi auctor sententiam suam sine ambi-
guitate indicauerat, spongia curare noluit. Praeterea sim-
ulis capitibus suas aliorumque antiquariorum subiecit
animaduersiones, quibus IOBERTVS suppletur eiusque

c


pec-

peccata nōtantur ; qua occasione etiam bene multa producuntur numismata antea incognita. Secundae editioni **ROBERTVS** addiderat nouam commentationem de *nouis in arte numismatica inuentis*, in qua id tantum egerat, vt **HARDVINI** opiniones , tanquam ex tripode profectas, incautis ignarisque obtruderet. Haec effata ingeniosa esse quamvis non diffiteatur **BIMARDVS**: accurate tamen ea examinavit ostenditque esse eorum alia certa quidem, sed ab **HARDVINO** aliunde mutua sumta , alia veritati tantum similia, pleraque autem vana atque omnino falsa. Ingenue quidem laudari meretur haec diligentia viri clarissimi, qui eo tantum consilio retexendum sibi sumisse dicit **ROBERTI** opus, vt Gallorum feroarem bene de re nummaria merendi , quem per annos nonnullos deferuisse queritur, iterum accenderet : hoc tamen, nostro iudicio, certius longe feliciusque effecisset, si ipsi placuisse nouo et ab ipso elaborato artis nummariae compendio orbem eruditum beare ; quandoquidem nihil nisi elegans, elimatum omnibusque ferme numeris absolutum proficiisci potest ab eo, qui, ut Celeb. **BIMARDVS**, tam abundantia quadam ingenii praeſtat, quam litterarum antiquitatisque omnis longe est peritissimus.

Gallorum , qui numismaticam artem pertractarunt, agmen claudit **GEORG.VIONNETVS**, auctor eius libelli, qui, nostra qualicunque opera recensitus, nunc iterum prodit in publicum. Quam patriam , quosque parentes habuerit **VIONNETVS**; quae expertus sit fata, quaeque sint

sint cetera eius in rem eruditam merita, si ingenue profiteimur, nos cum ignarissimus scire, nemo id nobis vitio poterit vertere. Adeo enim altum de viro hoc, qui minime imperitus videtur, silentium est apud historiae litterariae scriptores, ut ne vitae quidem eius sciremus genus, nisi ipse in frontispicio laudati opusculi indicasset, se e societate esse Iesu. Paria cum auctore suo fata expertum est praesens opusculum, quippe cuius in ephemeridibus litterariis mentio, ego quantum noui, iniiciatur nulla, adeoque populares mei nullam acceperunt notitiam. Quum igitur proxeneta viro et generis nobilitate, et doctrinae, in primis antiquariae, copia celebrissimo, CLAUDIO GROS DE BOSE, auctore studiorum nostrorum plane incomparabili, ad nostras peruerenter manus: eo lubentius eius recudendi consilium iniuimus, quo magis habemus persuasum, id gratum non modo sed fructuosum etiam fore ciuibus nostris, qui, ut sacris nummariis rite initientur, in votis habent. Dum enim auctor de laudibus et vtilitate, de forma et origine, de seriebus ordinandis et de gratia numismatum, nec non de dignoscendis nummis adulterinis eleganter canit, pleraque omnia momenta, numismaticae studioso necessaria, tangit ac proinde aptus est, ad cuius ductum nobilissimae artis praecepta auditoribus suis explicit, qui in Academiis antiquitatum docendarum prouinciam hoc tempore ornant, et deinceps ornabunt. Evidem, ab omni naeuo haud imminunem esse libellum, pulchre noui: eius vero peccata et commissio[n]is, et omissionis notare ac corrigere, ob temporis

angustiam vt nequiui, ita nec volui, quod metus erat, ne o-
pella in nimiam excreceret magnitudinem. Immo ne qui-
dem obelo notanda esse duxi sesquipedalia verba, quae au-
ctor in fine de Gallo, Marte Vtore, Aquilas Austricas do-
mante, effutui potius, quam fecit; quum dubium non
sit, fore, vt aequi rerum arbitri, inter ipsos Gallos degen-
tes et nati, iudicent, hanc magniloquentiam parentem ha-
bere praeposterum patriae populariumque amorem. De eo
tantum laboraui, vt cum nitide, tum accurate iterum ty-
pis exsiceretur libellus; sicuti etiam in gratiam eorum,
qui in addiscenda arte nummaria VIONNETVM aucto-
rem sequi voluerint, versus, quibus constat, numerauimus.
Ita vale, Lector Erudit, atque elegantioribus litteris por-
ro faue. Scribeb. inclytæ optimaeque Academiae Iuliae
propediem valedicturus Helmstedtii d. XVIII Septembbris
CLOCCXXXIII.



MVSEVM

M V S E V M
N V M M A R I V M
C A R M E N
A V T O R E
G E O R G I O V I O N N E T
E S O C I E T A T E I E S V .

L V G D V N I
A P V D H E N R I C U M D E C L A V S T R E
M D C C X X X I V .



MUSEUM
NUMMARIUM
CARMEN
CATOENSIS
GEORGIO VIONINI
H. SOCIETATIS 1732.

IMPAGINAT
PER G. H. KIRCHERAM DECCLVATE
MDCCLXVII



ILLVSTRISSIMO VIRO
D. D. CARDINO LE BRET

EQUITI, COMITI CONSISTORIANO, LIBELLORVM
SVPPLICVM MAGISTRO, SVPREMI AQVENSIS SE-
NATVS PRINCIPI, IN GALLO-PROVINCIA
PRAEFFECTO ET FROREGI.

*V*ir superis dilecte, tui laus prima
senatus,
Plebis amor, CARDINE, Themis
quo tuta superbit
Auspice ; qui sociata togae geris arma, tuisque

A 2

Tot

*Tot titulos superas meritis, virtutibus ornas:
Te quamquam, grauibus studiis, sub pondere re-
rum,*

*Implicitum, vigiles rapiant in publica curae
Commoda, ludentem placidus tamen excipe Mu-
sam.*

*Illa, et egens laudis, necdum se ferre sub auras
Aus, ferens vanum vena de paupere munus,
Diuitis ingenii lumen Themidine verendos
Horret adbuc vultus, tua dum subit ora, subire.
Sed tu, quo luctumque inopi miserumque pudo-
rem*

*Ore leuas, humilem aspicies, & adire timentem
Cantantemque bonus tibi non ignota leuabis.*

*Nec vero, maiora graui si mente reuolues,
Sollicitare tuas properabit cantibus aures,
Nec volet incusare moram: sed tempora captans
Lusibus opportuna suis, se laeta recondet
His adytis, doctos tot ubi, tua gaudia, nummos,*

Deli-

DEDICATIO.

*Delicias dites, monumenta metallica, condis.
Prob! quas ita hic Musa, tuis qua lege tabellis
Digestas, gaudebit opes! quam multa, nec un-*
*Visa sibi, nedium versu celebrata, videbit!
Spernet ut ipsa suas gaza prae diuite nugas!*

*At tibi cum graubus paullum soluisse vacabit
Sollicitum curis animum, dulcique laborem
Impendes studio, dulces bonus inter amicos,
Iussa aderit Musa, et facilis dignaberis ultro
Rerum inopes audire in re tam diuite versus.*

*Atque vitam, prius ista nouo quam captus
amore*

*Aggrederer vates nec quicquam aequare ca-
nendo,*

*Quas super antiquis docto sermone metallis
Fundis mentis, opes mibi fas legisse fuisse!
Quid? mibi si tantum te fas audire docentem,
Cum teneros, patria se se virtute ferentes,*

A 3

Nec



*Nec refugis natos placitas formare per artes?
Iam mea Phoebeae nihil indiga laudis, opesque
laetans Musa tuas, ultro sua tempora lauro
Cingeret, aeternosque sibi sponderet honores.*



MV-



M V S E U M
N U M M A R I U M
CARMEN.



rifica, laborato aeternum signata
metallo,
Tempora, spiranti viuos in ima-
gine vultus,
Et laudes, et facta virūm, rediuiuaque seris
Perpetuo historiae monumenta numismate se-
clis
Qua iuuet arte sequi, expediam. Date carmi- 5
na vati
Numina, quae, fato quandam meliore, super-
bas
Nequicquam euersis tenuistis in vrbibus arces:
Nu-

Numina adeste, quibus Memphis, quibus Attica tellus

Seruiit, aut Romana dedit clarescere virtus.

10 Si quid adhuc vestrae, post diruta moenia,
sedes

Vestraque regna placent, veteres vidisse iuuabit
Delicias; varios nunc prima ab origine reges,
Nunc sacra, nunc votis assurgere templa solutis;

15 Caesareosque, piis quos texerat addita lauris
Infula, pontifices patrio succedere coelo
Emeritos, memori signatis aere triumphis.

Iamque adeo, qui fata sacrae de culmine
rupis

Prospicis, aeternumque, procul terrestribus
auris,

Nomina clara iubes et facta vigere per aeuum,
20 Phoebe Pater, mea digna tuo sint numine, fastis
Sint precor Aoniis mea carmina digna; no-

numque

Da tibi carminibus monumentum accedere
nostris:

Vera loquar, vanisque prius non dicta poetis.

An-

Annuit; increpuitque lyram deus. Ardua
 Memphis, Roma potens, doctaeque simul laetantur A. 25
 thenae,

Turritosque mouent sublimi in vertice crines.

Huc ades, ad praecepta venis qui nostra do-
 cendus,

Dum tibi nummatas, pulsa testudine, Musa
 Instruit ad numeros, Amphionis arte, tabellas.

OPERIS DIVISIO.

Qui parat antiquis meeum decus addere 30
 rebus,

Et veteri patrios augere numismate censūs,
 Nouerit excusi laudes formamque metalli;
 Debita quae variis series, quae gratia nummis
 Discat, et infidas, germanae haud inscius artis,
 Detegat in primis, si quos quis adulterat, artes. 35

PARS PRIMA.

LAVDES NUMISMATVM ET UTILITAS.

Bina duos nummis frons exhibet omnibus
 orbes.

B

Haec

- Haec caput (a) effigiemue refert antica;figuris
 Quae micat, auersam digito vertente, vocamus
 Posticam faciem. Geminos ante omnia vultus
 40 Explorasse velim : totum hic decus insidet,
 omnis
 Hinc nummis constabit honos, diuesque su-
 pellex
 Innumeris reges vrbesque ac numina signis
 Luminibus lustrare dabit mirantibus, horas
 Cum facili falles studio, nummisque libebit
 45 Instructas auida scrutari tabellas.
 Nec grauis ille labor ; nunc has, nunc prode-
 rit illas
 Affidua versare manu, quibus ordine longo
 (Dum gratum instaurabis opus) quo tempore
 primum
 Oppida nascentes coepere attollere muros
 Inspicies laetus ; iam quo sub sidere sedes
 50 Ciuibus immutare datum migrantibus, hostes
 Cum visum domitos missis fraenare colonis,
 Exi-

(a) Galli dicimus, *la tête et le revers.*

Eximere aut grauidam populis vndantibus
vr bem.

Quin et Olympiacos versari in puluere currus,
Surgere Romanos sub principe consule fasces, 55
Deinde pati dominos facilem mirabere Ro-
mam:

Nec non innumerae quam multo principe
gentes

Floruerint, fausti ducibus quae praemia Martis
Parta docent memores, commissaque praelia
nummi,

Et quae facta latent veteres ingentia fastos. 60

Hinc tibi grande decus, magna hinc quae-
sita voluptas;

Siu animum pasces opibus, cupidosque vi-
dendi

Deliciis recreare tuis gaudebis amicos;

Siu peregrinis aderit vir doctus ab oris,

Qui stupeat, quae grata magis, quae rara fe- 65
runtur,

Inuideat, domino laetante, numismata; teque
(Miratus quae docta dabis responfa petenti)

Alterum ab antiquo veneretur Apolline Phoe-
bum.

Sunt tamen et dubiis quae saepe numisma-
ta mentes

70 Suspensas habuere notis, interprete nullo
Expedienda, viris nec dum bene cognita nostris.
Nil minus egregiam, studiis nec inanibus, artem
Aggredere; assiduo nummaria cella labore
Ferueat; et, prudens ubi rerum accesserit visus,
75 Forsan et ignotis tibi vera expromere signis
Fas erit, aut iactata rudi conuitia vulgo
(Mendacem si te increpitans malus arguat)

olim
Despicies, dubiisque, licet non certa secutus,
Vera tamen dicere sagax affingere nummis,
80 Quae, si non fuerint, mereantur vera videri;
Nec leuis incertis author celebrabere Musis.

Sed prius ad tantum doctis quam debita curis
Assurgat tibi fama decus; discenda vetusto
Multa super subeunt tibi, multa paranda me-
tallo.

CELLA NUMMARIA.

85 Secretas, strepitu procul, in penetralibus aedes
Pri-



Primus erit statuisse labor, quibus otia nun-
 quam
 (Otia tranquillis semper facienda Camoenis) V
 Rixantes famuli, clamosaue compita turbent.
 Hic pretiosa suis, furti secura, repones
 Per tabulas monumenta locis. Inuit omnia 90
 versu

Dicere, quo deceat digesta nitescere cultu.

ARCA NUMMARIA.

Arca laboratis sedeat nummaria fulcris,
 Multiplicesque intus recta ratione tabellas
 Distinctas loculis, nummo subeunte, rotundis
 Excipiens, facilem digitis captantibus vsum 95
 Praebeat. A fulcris pluteus procurrat, ut arcae
 Ante fores, si quando suis tua gaudia cellis
 Promere constitues, nullo molimine possis
 Diutiis foetas vltro componere capsas.
 Praeterea varias est qui, fastigia circum, 100
 Delicias, varios ipsis molitur honores
 Parietibus. Toto hinc immania corpore pro-
 stant
 Heroum simulachra, illinc a pectore trunco V
 Natiuos retulere basi nitentia vultus.

B 3

Stant



105 Stant simul et gelidis grauidae quondam
ossibus vrnae,

Vasaque, et in sacris tepefacti sanguine cultri,
Multaque per postes praegrandibus obuia si-
gnis

108 Spectandam pendent imitata numismata sce-
nam.

Altera cura manet: pretiosae proxima cellae

110 Ponere quae varios, nummis accommoda, li-
bros

Scrinia sufficient, doctoque alimenta labori.

Sed, quid ego curis insto leuioribus? Vrget
Maius opus, cui rationem exquirere nummi.

PARS SECUNDA.

FORMA NUMISMATVM ET ORIGO.

Dum fuit argento nullus decor, omnia primis

115 Mutandae fecere viris commercia merces.

Mox diues fodere solum, certumque metallo

Addixere rato pretium pro pondere, viles

Vel cudere rudi pecudum de tergore nummos;

Vnde nouis primum signata pecunia iunxit

120 Pignoribus populos: veluti qui scortens affis-

Pom-

Pompilii Latios ditauit munere ciues.
 Grande quidem Curibus, reliquis ignobile
 Ausoniis visum, Ianus quibus ante *corona*
 Signatam, vt perhibent, *lemboque*, aut *ponte*
 monetam
 Fecerat iniuentor, *puppiue ornauerat hospes* 125
 Saturnus, quorum inde memor seruauit in aere
 Posteritas capita, auersamque numismate pro-
 ram.

At Romana suis caruere insignibus aera,
 Dum pecudum tenui signare in imagine for-
 mas

Seruius edocuit. Muro tunc paupere, raras 130
 Scilicet arte rudis iugique exercita Marte
 Roma fouebat opes. Dein viribus auctior, annis
 Quinque, prius Poenum bello quam nouerat
 hostem,
 Laudatos solido argento procudere coepit,
 Post etiam ex auro nummos, vt et aurea 135

Graiae

Iam prope materies certauerit aemula laudi.
 Materiae siquidem Latiis nec laudibus impar
 Grae-

Graeca vetustatis primos atque artis honores
 Gens tulerat variis iam scite operata metallis,
 140 Ante nouam in Latio statuit quam Romulus
 vrbem.

Quid referam ut miris fuerint diuersa me-
 tallo

Iuncta metalla modis, aeratoque addita nummo
 Gratia, compacto seu candida (a) tegmine ve-
 stit
 Bractea, fulgenti seu tantum argenteus (b) hu-
 mor

145 Tinxerit aera lacu? Nec vos, ingloria turba,
 Praeteream, argento tenui (c) vix pallida, non

VOS
 150 Plumbea, non ipso conflata numismata ferro,
 Quaeque Corinthiaco laudem seruastis ab igne;
 Si tamen hoc vnquam nummi fuit usus ab aere.
 Saepe etiam aes aeri iussum (d) coalescere,

quorum

Alte-

- (a) *Medailles fourrées.*
- (b) *Medailles saucées.*
- (c) *Medailles de Billon.*
- (d) *Medailles de deux cuivres.*

Alterum ad extremas aliud complectitur oras.
Vosque nefas filuisse, nota maiore perennem
Iussa virûm (a) in populos vulgare numisma-
ta famam,

Sulcato in primis quae margine (b) torta, retusis
Plana fere signis, Graios heroas et ipsam 155
Ludicra victorum celebratis praemia, palmam.

Ergo age, multiplicem in tanto miratus a-
ceruo

Materiam, nunc artis opes mirare; superbas
Aspice, quas, gemino sub consule libera, num-
mis

Ambitiosa suis induxit Roma, figuras. 160

Aspice, ut eximiis iam tum galeata metallis

Pro Iani effigie caput extulit, ipsaque cessit
Romanis iam tum effigies Saturnia Diuis.

At parte ex alia, biiugos (factum vnde bigatis

Assibus est nomen) passis victoria pennis 165

Quadriugosue agitat currus, aut Castoris acres
Insistunt et fratribus equi. Nec tempore longo

C

Cusa

(a) *Medaillons.*

(b) *Medaillons Contourniates.*

- 170 Cusa filere suas patriasue numismata laudes
 Nobilitas Romana tulit, tantumque potentes
 Inuidere decus superis. Nummaria si quem
 Cura penes fuerat, nummis signasse parentum
 Et titulos, numenque suae placabile genti
 Gestii, atque atauos regalia iura perosis
 Ciuibus exhibuisse, suo cum nomine, reges.
- 175 Ast, vbi Caesareis libertas concidit armis,
 Qui domitas timuit gentes dictator iniquo
 Perpetuus pressisse iugo, non Caesaris ausus
 Effigiem, prudens elephantem excudit (a), vt
 ipsi
- Caesaris ambiguum faceret vox Punica nomen.
 180 Hinc modus huic nullus laudum, hinc, quibus
 vltro reuixit
 Vix bene libertas, sublatos, vindice ferro,
 Non fuit inuisum renouare numismate fastus.
 Ipsi adeo nummis aliique a Caesare rerum
 Custodes, proprium, populis plaudentibus
 vltro,
- 185 Sacrauere caput, titulis caput omnibus aptum.
 Quo

(a) *Kaitug*, idiomate Punico, signat elephantem.

Quo se quaeque situ attollat, quoque obuia
 Effigies, vidisse magis quam dicere promtum.
 Nunc collo tenus, exerto nunc ardua surgit
 Ex humero, geminosue dedit prodire lacertos
 Ac medium exeruit corpus, cultuque decora 190
 Pro vario varios habitu ostentabit amictus.
 Consulis haec trabeamque gerit, sceptrumque,
 sedentem
 Orbe super referens aquilam, galeataue par-
 mam
 Extulit, et iaculum, loricamque induit; altam
 Illa gerit, Graium ritu, νάρθηκα (a) togato 195
 Corpore. Saepe manus onerauit ἀνδρικα (b),
 nobis

C 2

Nec-

(a) Νάρθηκ, gestamen imperatorium et insigne potesta-
 tis, labaro fatis simile, nisi quod Christi monogram-
 ma in eo suppletur, globulis, seu margaritis in quin-
 cuncem digestis.

(b) Ἀνδρικα, purpureus pannus, plicis speciem voluminis
 referens; faculum illud, imperatorio mantili ligatum,
 volunt plurimi refertum fuisse puluere; quod
 quidem fastus remedium aiunt fuisse, dum circum-
 ferret Imperator suae mortalitatis symbolum.

Necdum nota satis, diademaque vertice fulsit,
 Flexit et exilem nimbus circum occiput or-
 bem.

Hos tulit imperii iam sera, vetustior aetas
 200 Ornatus alios tulerat. Victricia cinxit
 Iulius insigni primus sibi tempora lauro,
 (Caesaribus commune decus) mox vela fa-
 cerdos
 Induitur capiti, facros et fideris ignes
 Diuus habet ; radiis Octauius, inde coronam
 205 Extulit ardenter superis adscriptus. Ab urbe
 Bellator petiit turritum insigne subacta ;
 Aequoreoque duci domito rostralis ab hoste
 Cessit honos. Fronti non vilia praemia quercus
 Seruato pro ciue dedit ; Graiaque palaestra
 210 Quaesitum victori apium. Iam vertice nudo
 Textilibus nituit princeps Romana capillis :
 Reginis tamen ut solitum gestare Pelasgis,
 Imperio diadema tulit labente. Sed omnes
 Quis queat aut reges, aut regum exquirere
 cultus ;
 215 Rite habitos capiti cultus, nummisque priorem
 Ornantes faciem ; Persis Parthisque thiaras

Et

Et Syriis mitras habiles Phrygibusque galeros ?
 Quid? quod et, aduersum fuerit seu forte (a)
 iugatum,

Idem vno nummus geminum caput aequore
 iunxit,

Creuit et ex numero multis laus altera signis. 220

Signa autem tibi nulla magis spectanda mo-
 nebo,

Quam quibus auersos placuit distinguere
 nummos.

Illic et populo quondam monumenta potentia
 Condita, felici vel parta trophya triumpho,
 Symbolaque, expressas decorant quae multa 225
 deorum,

Multa virûm laudes, variaeque insignia gentis
 Cernimus, et festis spectata animalia ludis,
 Multarum aut species usumque notantia re-
 rum :

Quorum qui formasque velit numerumque
 referre,

Hic maris irati fluctus, numeroque carentem 230

C 3

Iam

(a) Caput iugatum : *Deux têtes accolées.*

Iam nouus Archytas metiri discat arenam.

(Quin etiam auersum tenet aemula saepe
priori

Effigies nummum, sortiri ut principis vxor,

Filius, aut collega pares videantur honores;

235 Quamquam alios aliis aequum est dignoscere
vultus,

Anticamque sequi, niteat quae principe, partem.

Saepe eadem hinc solum tibi dum caput exhibet, illinc

A tergo stetit alta simul vel sedit imago,

Ora sui reddens hinc inde simillima, siue

240 Principis ora gerat, dictumue a principe numen;
Qualis ab Augusto *Fortuna Augusta* vocatur.

Quae tibi dum venient passim expendenda,
notabis

Adscriptas circum medioque numismate cau-
fas;

Nam dupli vulgo ritu est signata monetis

245 Littera; nunc oras circum quae ducta sequaci,
Lemmatis in morem, sinuata tenore cucurrit;

Sponte legenda datur; Galli dixerunt Legendam.

Nunc medio, nullis comitata insignibus, orbe

Pro-

Prominet, aut alias inter promiscua formas. M
At nota, quae recto subter iacet infima versu, 250
Dicitur *Exergum.* Medio quis in aequore
Inscribendi usus fuerit porro accipe nummi.
Nec vero est animus mihi facta per omnia,
cunctos
Ire per euentus, tibi quos obiecerit vltro
Multas legi faciles manifesto littera tractu. 255
Cuncta recensenti vox excidat. Inuida dudum
Obscureret quas vulgo annis labentibus aetas,
Explicuisse notas fuerit satis. O mihi magnum
Restituat si Parca virum, quem numine Phoebi
Pene grauem gentes patriae peregrinaque 260
Obstupuit tellus, cum secum obscura sagaci Ho 3c
Mente vetustatis recolens monumenta, peritus
Indeprensia sequi vestigia, solueret altas sagis
Temporis antiqui tenebras; proprioque labore
Egregios veterum instaret decorare labores! 265
Hardouine, meos o si te authore licebit
Fingere praeceptis, meditor dum talia, versus!
Nullus erit nostras qui non bonus excolat artes,
Nul-

Nullum et (carminibus quamuis abstrusa do-
cendus

- 270 Multa meis) tanto pigate didicisse magistro.
Ipse ego docta legam tibi scripta volumina,
malim
Consuluisse tuam (sineret mors improba) vo-
cem.

Interea auerso descripta numismate verba
Aggredior, primis vix designata figuris.
275 En! micat ante alias quae bina Latina(a) Senatus
Littera *Consultum* passim exprimit. Addere
causam

- Nil iuuat, incerta variat sententia lite;
Nec quisquam fano contendere iudice possit,
Germana inprimis memorie excusa senatu
280 Has tantum ferre aera notas. Sunt & sua Graiis
Bina tribunitiam quibus inscripsisse solerent
Signa (b) potestatem, cui si minus illa quadra-
bunt,
Δημοσίας signis inducere nil vetat ^{Eu}*xas.*

Mos

(a) *S. C.*(b) Δ, Ε, explicatur communiter *Δημοσίεις* ^{Εὐ}*χας*, *Tri-*
bun.

Mos fuit et tibi, Roma; fuit tibi, Graecia, ve-
ni ~~1800~~ stris
Principibusque ratos adscribere et vrbibus 285
anos.
Tempora non dubio signantur Graeca tenore;
Sed sua Romanis signata obscurius, ex quo
Consulis imperium princeps munusue tribuni
Per solitas non rite vices acceperat: aequis
Hinc sibi non constans spatiis frustrabitur an- 290
Talia digestos regni per munera fastos.
Sicubi deductis fuit vrbis fundata colonis,
Signandum primo statuit sibi tempus ab ortu:
Huic fuit et princeps signati temporis author,
Aut suus, aut alter, si fauerat ille, Tyrannus. 295
Si qua autem festos fecit pro principe ludos
Constituitque pias vrbis Graeca (a) ~~veíkōpos~~ aras,

bun. Potestate. Harduinus voluit, significari aliquando per has litteras Δημοσιαις Ἐυχαι, Vota Publica. Cl. Oudinet placuit, has interpretari Δόγματις Ἐπαρχιας, Decreto Magistrat.

(a) Vrbes ~~renuntiari~~ sic dictae, in quibus celebre aliquod de-

Certatim hoc nummis annos signavit honore.

At, quam multiplici se plurima cogat in
vnam

300 Littera fraude notam, et miras reuolubile no-
men

Flectat in ambages, monogrammo ut linea
verbo

Saepe eadem in feso bis terue adhibenda re-
currat,

(Daedaleae prope mentis opus) nouisse periti
Iudicis est. Tales scrutari mitte figuras,

305 Prima meae quemcumque manent praecepta
Mineruae.

Nec vacat inscriptos vrbis de nomine nummos

Dicere, vulgatamque simul testata monetam

Signa referre; aliis quamquam si credere fas est,
Interdum haec alios inscripta putantur in usus.

310 Tu ne crede viris, si talia signa solutis

Indita iactabunt, Gallo mercante, tributis:

Nil

lubrum erat exstructum; quod epitheton populis
integris adscribitur, tamquam publicis templi publici
audituis. Deriuatur a *rebus*, *templum*, et *nuptiis*, *pурго*,
reunio, *res sacras* *administro*.

Nil dubita, magno quae forte authore tueruntur,
 Somnia despiciere. At, solitos si plebis in usus
 Communem suadere velim cessisse monetam
 Signa refutatis referentem urbana tributis : 315
 Haec fuerit vera, aut propior sententia vero.

Quid moror, extremam quae, lemmatis in-
 star, ad oram
 Designant medias parte ex utraque figuris,
 Carmine verba sequi? Capiti sua nomina, iunctis
 Muneribus titulisque, micant inscripta, suoque 320
 Auersam capiti monumenta ingentia partem
 Factaque virtutesque, pari simul ordine, cir-
 cum
 Scripta notant. Diuersa tamen quae munera
 vulgo,
 Aut tituli, faciem nummi obsecdere priorem,
 Interdum aduersis inter se partibus extant 325
 Huc illuc diuisa. Patrem Patriae exhibet orbis
 Censoremque prior, sed pone inscribitur Augur,
 Cum lituo, et magnus referens sacra vasa sa-
 cerdos.
 Nunc titulos quoniam, in multis prope milli-
 bus, omnes

D 2

Lon-

- 330 Longa referre mora est, durum et celebrare
 canendo :
 Praecipuos numerare fat est. Tu, maxime
 Caesar,
 Diuus habes coeleste decus, quem longa ma-
 nebat
 Debita posteritas coelo. Tu nomine multos
Augusto decoras, Octavi Auguste, nepotes.
 335 Nec fugit *Augustas* matres par gloria, *Divas*
 Non matres natasue fugit. Nec te, *Optime Prin-*
ceps,
 Non dicam, Traiane. *Pium*, pro mente benigna,
 Te populi, Antonine, vocant ; Te, Commode,
 primum
Felicemque Piumque simul. Quem Martia virtus
 340 Extulit, hinc victor fecit sibi nomina : Parthis
Parthicis hic, victisque *Britannicus* ille Bri-
 tannis.
 Denique Caesareo iuuenis de sanguine cretus
Nobilis aut Caesar dictus Princepsue Iuuentae.
 Et posito *Augustus Senior* iam pondere rerum.
 345 Quas autem vario meruit pro munere prin-
ceps,
Hae

Hae solitae auersum laudes inscribere num-
mum.
Quam variis fuerint inscripta numismata lin-
guis,
Quaeris? Quam variae cedere numismata
gentes.
Usa tamen Graeca est lingua gens duplice, Graia
Signavit patrias laudes, Latiasque Latina,
Vt patriis fuerat populisue adhibenda Latinis
Latinus hinc totum vulganda moneta per orbem.
Extremum hoc monuisse velim, quae litte-
ra circum
Nominaque et titulos vulgo signavit, eamdem
Non semel in medium prodiisse numismatis
Lineam vt impedit transuerso linea tractu
Proturbetque vagos per signa exstantia versus,
Atque superficiem sine lege perambulet o-
mnem.

PARS TERTIA.

ORDINANDAE NUMISMATVM SERIES.
Nunc age, nos maiora vocant. Satis aspera
duris

D 3

In-



360 Institui praecepta modis. In carmina vires
 Suffice, Musa, nouas. Cuius iam nota metalli
 Forma iuuat series deducere, pandere miras
 Tempus opes, non vana oculis spectacula no-
 stris.

Interea dum laeta, meae studiosa iuuentus
 365 Artis adest, ditesque suis referare paramus
 Delicias tabulis, duplex primum omnibus
 aeuum

Affignare placet nummis. Antiqua vetustis
 Secla vigent rediuiua, nouis noua secla metallis.

Supremum antiquis finem tibi fecerit aetas

370 Tertia Christiadum post aeram, aut nona sta-
 tutam:

Namque aliis aliter visum, ut per singula
 quemque

Non idem sius egit amor. Tria secula nostros
 Ante dies repetita, nouis exordia nummis
 Prima ferent. Spatium si quod datur inter

vtrumque,

375 Ne dignare tuis monumentum ignobile curis.
 Explicuisse solet vetus atque recentius aenum

Ter-

Terna metallorum facies, quamcumque re-
centes

In seriem, veteresue velis deducere nummos.

Aurea materies prima est, argentea primae

Proxima, quam vario est aeris genus omne 380
colore,

Tertia tergemino complectitur aenea rursum

Ordine: tergemini fortita hinc nominis vsum.

Aera modo maiora, modo appellare minora,

Aut media aes inter maiusque minusque fo-
lemus.

Dum loquor, en! foribus, Phoebo aspirante, 385
reclusis,

Arca patet diues, cui fese a vertice summo

Plurima per certos aptauit capsula ductus,

Inque cauos sedem nummorum diuidit orbes.

Qualis, vbi grauidis referans aluearia ceris,
In festos apibus properat praetendere fumos 390

Rusticus, in tectis moles operosa fauorum,

Inque fauis mirus cellularum apparuit ordo.

Hic mihi, opes certa in numerum qui lege
laborat

Di-

Digerere, accedat ; mecum haec simul omnia
lustrans

395 Ipse sibi partos discat componere nummos.
Aggredimur tabulas. Series tibi multa decoram
Ordinis in speciem veterum datur obuia regum
Nobilis, et misticis eadem numerosa metallis.
Prima tibi Syrios propria sub imagine reges
400 Exhibuit series, quam Comagenis ad annos
Antiochi primo deduxit ab usque Seleuco
Vallantus, regumque numismate facta securus
Extendit doctos in quinquagena labores
Lustra. Dedit nobis etiam spectare potentes
405 Aegypto dictosque patris de nomine Lagi
Lagidas longo Ptolomaeos ordine; multos
Hanc seriem primo ductam a Sotere per annos
Claudit (a) Romanis regina erupta triumphis.
Nobilitat nostras Graias quoque ducta ty-

rannis

410 Insignis numero series atque arte tabellas.

Ante alios, eadem Macedo quae sceptrum Phi-
lippus

Qui

(a) Cleopatra.

Qui tulerint, regum suadebo cernere vultus :
 In quibus, Herculeo clarum gestamine, dum te
 Miror, Alexander, monumentis inclyta gaude
 Vmbra tuis, nec, qui te carmine dicat, Homerum 415
 Sollicitare velis, nec, qui te pingat, Apellem.

Pontica terra suos habuit Iudaeaque, Parthi,
 Cappadoces Numidaeque suos habuere ty-
 rannos,

Thracesque Armeniique; quibus simul omni-
 bus vnam

Si poteris seriem statuisse, accerseris arcae 420
 Grande decus rarumque tuae. Nec regibus ab-
 sunt

Cusa Gothis monumenta, neque his nocet a-
 spera gentis

Barbaries, triplici scite satis vsa metallo.

Punica despicies, rudibusque informia signis

Si Gothicā occurruunt, fabro mittenda relin- 425
 ques.

Forsitan et patrio perculsus amore, tueri
 Principibus quondam signata numismata Gallis
 Gestieris : nec, si Francis peregrina monetis
 Expressa effigies, mirabere ; caetera Franci

E

Re.

430 Regis habent: sed enim imperii dominator Eoi,
Cudere qui Gallo nummos dedit, hanc sibi
laudem
Iure tulit, Franca spectetur ut ipse moneta.

Sed quid ego haec autem? fuerit tua maxi-
ma nummos
Cura sequi Latios, et quae tibi cunque Pelas-
gam

435 Obiicient, quamquam non Graeca, numismata
linguam.

Neue tuos, Roma, in reliquis non cernere
reges

Regibus indignare; at auos sibi iure reposcit,
Iure suam vocat in seriem quos ipsa metallo
Expressit proprio reges gens clara virorum,
440 Plurima Tarquiniis viguit quae libera pulsis.
Hinc primas Romana inter monumenta ta-
bellas

Illustres tenuere domus, a consule dictae;
Non quia cognato clarescere consule cuique,
Sed tantum, quia consulibus florere sub ipsis
445 Contigit. Haec raro minus est spectabilis auro
Aere minus series, argento est amplior: olli
Gra-

Gratia parua manet, nummis et rite locandis
 Mos non vnuſ erit. Suades, *Vrsine*, vocatos
 Ad seriem authores stirpis cuiusque, tenore
 Nominis indixit quem littera prima, referre 450
 In numerum, atque suam simul his adiungere
 prolem.

Hoc primum. Aſt, alios statuit ſibi *Goltzius* vſus
 Singula per Latios certus componere fastos.
 Parce tuis tamen hunc tabulis inducere mo-
 rem, 455
 Namque tibi primos longum frustrabitur an-
 nos

Haud vlo nummus signatus conſule, quaeque
 Signata eſt poſthac non eſt ſignantis imago
 Consulis, haec illi a treuiro laus facta nepote.

Ecce autem extincta dominas in vertice
 lauros

Libertate, ſuum et propriis caput ipſe monetis 460
 Julius attollens, Romana in ſaecula mittit
 Caefaribus geſtum vſque decus, iugique ſu-
 perbit
 Imperio, oſtentans deductam a Caesare mille

Caesaribus seriem, et partis decora alta trium-
phis.

465 Hinc mihi praecipuum Musisque arcaeque
decorem

Fas et opes sperare. Neque est optatius ullum
Historiae monumentum; auro non ditior vlla,
Non erit argento series, non aere; diesque
Principe perpetuo attigerit non altera nostros;

470 Si modo Caesareas augere recente tabellas
Caesare non refugis, nostris proh quanta me-
talli

Congeries tabulis pretiosa luce resulxit!

Musa numismatibus prudens seiunget ab
aureis

Aerea, ab aeratis argentea; nec modus aeris

475 Digesti in seriem est simplex. Maiusque mi-
nusque,

Quodque vocant medium, triplici nitet ordine:
quamquam,

Copia si non aequa datur cuiusque, licebit

Miscere aut medio maius, mediumue minori.

Disce etiam varium imperii distinguere tem-
pus;

Di-

Diversum est variis pretium pro tempore 480
nummis.

Scilicet antiqui tangit quem cura metalli,
Dum cūsos sequitur per singula tempora
nummos,
Degeneres queritur cepisse numismata formas
Paulatim, et simili, imperio labente, ruina
Consenuisse artes. Duplex ergo omnibus aeuum 485
Vt visum assignare, vetusque recensque, mo-
nētis:
Sic geminum imperio placuit statuisse. Prius-

que
Posteriusque vocant. Prius indice praeuius a-
tro
Iulius exultans aperit, clauditque tricens
Quem perhibent (a) princeps residem seruisse 490
tyrannis.

Hinc aliam exorsī ad tristes perducimus annos
Aetatem, quibus heu! nimium feralibus armis,
Constantine, tuam subuertit barbarus vrbem;
Argumentum ingens et iusti causa doloris!

E 3

Quia

(a) Gallienus.

495. Quin faciunt iustos quoque nostra numis-
mata luctus.

Heu vanos hominum fastus! heu cuncta referri
Iussa retro sublapsa! suas quae tanta metallo
Roma olim iactabat opes, Romana(priusquam
Concidit Ottomano tellius Bisantia Marte)

500 Deditidicit decora. Exiguum vix explicat orbem
Lamina, in exilem (miserum) compacta mo-
tam, Barbaricosque ferunt monumenta ingloria
vultus; Et ni certa suam nummis aequare vetusto
Imperio seriem sedeat sententia, viles
505 Aera darent melius, tabulis eiecta, lebetas.

Hoc satis imperio. Patriis insignibus vrbes
Inuitant, ipsisque suum meditamur honorem
Et Latii Graisque,tibi quoque multa remotis
Iure urbis Latium potita colonia terris.

510 Hardouine faue, faueat *Vallantus* et yna
Goltzius ; et priscis ex vrbibus eruta nobis
Promat quisque bonus monumenta. Quid o-
mnia vates
Commemorem? referent illi; mea Musa, filebis.
Vlti-

Vlta fese aperit series, quae numina Diuum
Exhibit, innumeros signantia numina num- 515

Multa dabunt vrbes Graiae, sub consule cusum
Argentum tibi multa dabit; nec plura negabunt
Caesarei, si plura iuuat super addere, nummi.

Laus etiam auersis fuerit sua partibus aequo
Ordine compositis; si quas vnius habebunt 520
Principis, auersi sub eodem principe laudes
Nummi vna referant; rationem aut temporis
omnem

Non temere aggesti, certa sed lege sequaces
Exhibeant. Poteris demum nil principis ipsam
Effigiem, nihil historiam, nil tempora curans 525
Partiri varias auersa numismate signa
In species rerum. Hinc variis digesta tabellis
Sacra simul monumenta, simul Mauortia iun-
ges,

Caetera non alio componens omnia ritu.

Hactenus antiquis; sin forte recentibus ad- 530
des

Hac quoque parte decus nummis, seriesque
parabis

Ad-



Adstruere, ingentes mirabere diues aceruos.
 Tanta metallorum dabitur tibi copia ! tantum
 Grata tibi venient, nostris quae condita seclis,
 535 Vulgatura virūm monumenta metallica laudes,
 Nescia communem populo p̄aebere mone-
 tam.

Arte magis, signisque magis spectanda viden-
 tur,
 Nec titulis sponte immeritos illustribus ornant.
 Si tamen a primis repetes haec altius annis,
 540 In seriem venient tibi, nec sine laude, monetae.

Atque animus duro fessus nisi carmine, lon-
 gum
 Detrectaret opus, meque vltra cœpta vagari,
 Dum monumenta sequor, praesertim antiqua,
 vetaret:
 Prōtinus ipse nouos, quo me rapit impetus,
 vltro
 545 Aggrederer cursus, propiora recludere laetus
 Saecla, nouis obscura minus tibi saecula num-
 mis.
 Ipse ego, tergemina decorat quos sancta co-
 rona
 Rel-

Relligio, tabulis longo primum agmine du-
cam

Pontifex. Colubris frustra indignantibus,
atros

Haeresis et fumos domita eructabit et ignes. 550

Tum vero imperii dominos, ab origine Franca,

Germani statuam, per quos Romana vetusto

Vivit et ad nostros series a Caesare fluxit

Vsque dies ; nec nos Carolo duce Gallica
quondam

Austriacæ nunc regna domîs spectare pigebit. 555

Quid mihi quantus amor crescat, pretium-
que labori?

Cum triplici, Clodouae, tibi succedere reges

Progenie patrios, et magnis debita fatis

Lilia per nummos magis increbrescere sensim

Aspiciam, *magnus* donec *Lodoicus*, auitos 560

Exuperans titulos, noua per miracula Francam

Extulit ad laudum victor fastigia gentem;

Quae nunc, magnanimo fauste regnata nepoti,

Pacifica exultat laude, aut victricibus armis.

Salue ô cara deo soboles, saluete, secundis 565

F

Qui

almaro et amaro illi C (e)

Qui Francum auspiciis nomen, patrumque
perennes
Iustitiaque manuque decus seruasti in annos.

Nec deerunt quae regna meo peregrina
recentes
Thesauro addiderint, et non sine nomine
nummos.

570 Sed quæ me studio inuitat iam Phoebus inani
Voluere, difficili metuit comprehendere versu.

PARS QVARTA.

GRATIA NVMISMATVM.

Iam tibi, quæ nummis potior sit habenda le-
gendis

Gratia, praecipio. Facies sincera metalli

Praecipue placeat, cui non damnosa vetustas

575 Artis opes, oras bullis qua saepe minutis
Grana (a) tument circum, descriptaque verba
peredit,

Expressas hinc inde situ populata figuræ;

Longa sed intactis annorum iniuria signis

Ab-

(a) Galli vocamus le *Grenetis*.

Abstinuit, venerata typi florentis honorem,
Quippe typi (a) illaesam visum sic dicere for- 580
mam.

Ne tamen illa mihi sit gratiор: heu malae
formae

Creditur! integra praeclarus imagine nummus
Interdum suspectus erit. Patauine (b), dolosos,
Parmensisque, typis mendacibus indere vultus;

Atque nouum potuisti opus donare vetusta 585
Effigie, miraque oculis illudere fraude.

Ars noua, sed specie nimium laudabilis, ipsa
Laude perit, retegitque dolos illaesa latentes.

Integra sic facies iuueniles arguit annos;

Indecores rara est quae nescit anicula rugas. 590

Rara minus tamen illa, tuis quae digna ta-
bellis,

Eximiis niteant antiqua numismata formis;

Vsque adeo forti generosa toreumate signa

F 2

Tel-

(a) *Medailles à fleur de coin.*

(b) A nomine patriae appellationem habent apud nu-
mismatum studiosos Ioannes Cauinus, Patauinus, et
Laurentius, Parmensis, quos fecit notissimos solertia
in imitandis numismatibus antiquis.

Telluris scabiem atque auras et tempora du-

595 Ergo habili tentare manu, nummumque se-

Cura sit explorare oculis ; et, si qua stupebunt
Signa situ, aut roso rarescet littera tractu
Exesumue caput, detrita vel ora rigebit;
Mitte procul, sortemque animo miseratus ini-

600 Insignes patiare viros, quibus vltima frustra
Personuit tellus, humiles intrare caminos,
Incudesque pati, fabro tundente, sonantes.

At, tibi cum numimi minus occurrere fre-

quentes,
Grandia cum referunt rari monumenta, me-

tallis

605 Si quid in his peccat leuius rubigo, remittes.
Ecquis enim raris quae gratia tanta monetis
Debita non nouit, multo vt tibi saepius auro
Empta satis vix aera, modo sint rara, putemus;
Saepe vetustatis tibi tristia damna rependant.

610 Imo etiam ex ipso nummis saepe altera

damno

Laus

Laus venit. Aerugo (a) non omnia perdidit
omnis.

Quaedam adeo nitidum in terra duxere, ru-
benti

Sandarache et minio perfusa metalla coloreM,
Qui lento fulgore tenax, expressaque laeui
Ora notans fuco, roseos imitante cruoM 615
res, Sic nitet, vt festis Phillis spectanda diebus

Tam bene fucatos spectauerit inuida vultus.
Est etiam ille nitor terreno ex vnguine, cui non
Subnigram aequipares violam, fucosue hya-
cinthos:

Aeneus et multa ferrugine clarus, ad auras 620
Qui simul effulsit sublustri lumine, cedant
Tincta sub Aethnaeis Vulcania fontibus aera:
Tantus inest nitro decor haud imitabilis arte.
Desine, composita simulas qui faece monetam;
Hanc Ammoniaco frustra sale (nouimus illud) 625
Continges, vanumque sali miscebis acetum.
Nec non eximiis occulte faeta venenis
Caeruleos nummis tellus afflavit honores.

F 3 Nul-

(a) *Les differents vernis.*



Nulla autem inductis sibi plura numismata
crustis

630 Vindicat aerugo, quam quae viridissima
molles

Signorum ductus, aliasque innoxia lambit
Mollius aeris opes, quo more encaustica se se
Ornando applicuit viridanti luce metallo.
Sed timet argentum viridi rubigine tingi;

635 Hanc citri lacryma, vel aceto abstergere labem
Disce; suum argento pretium, sua forma re-
dabit.

Nec mihi continuo vitiosa numismata for-
dent,

Si typus effractas subita vi ponderis oras
Distulit, et rimas circum diduxit hiantes,

640 Aut super incerto dum nititur impete, binas
Expressit, iusto distractus ab orbe, figuras.
Nec mihi displiceant quae vulgo argentea
circum

Exertant rigidos *Serrata* numismata dentes:
Consulibus, contra infidas nec inutile fraudes
645 Inuentum hoc perhibetur opus, ne forte mi-
nutam

Bra-



Bracteolam aeratis argenti inducere nummis
 Quis vellet. Sed nec cura ne te mala fallat
 Bractea, quae finceram olim mentita monetam
 Rarior occurrit (vix quisquam impune dolosus
 Quippe tulit fraudes) quin certe antiqua, nec 650
 aere

Decolor occulto, germanam argentea puro
 Orbe refert faciem. Quid si nec spernere
 nummos

Admoneam, queis deinde notae est adiecta
 priori

Altera, ceu presso nota caesim inscripta veruto;
 Mutati indicium pretii. Quin saepe videmus 655
 Altius extantes (a) *incusa* numismata vultus
 Quae parte ex alia attollunt, aliaque cauati
 More typi vultus demittunt intus eosdem.

Quis modus *incusi* tandem, quae causa me-
 talli,

Dicite Pierides. An forte improvidus vnum 660
 Hinc faber expressit, postquam nummarius
 orbem

Alterius nummum dimisit partis egentem?

Non

(a) *Medailles incuses.*

Non ita: sic posticam intus nam crudere partem
Qui potuit? Veram mihi, Musa, ediffere causam.

665 Praecipitem, dum duro operi feruentior in-
stat,

Stat fabri incusare manum. Cudenda reponit:

Ille metalla typo, iamque haec excusa retraxit:

Nec mora, nec requies, alia imponitque retr-

hitque

Impiger. At motu nimium festinus anhelo

670 Dum properat, cusum qui forte relictus in-
haesit

Non videt imprudens nummum, nummoque

relicto

Ecce aliud temere imposuit super ipse metal-
lum.

Inter vtrumque typum concurrit vtrumque
numisma:

Vrget opus faber impatiens, nummumque
priori

675 Qui super insedit valido typus altior vrget

Pondere, quique prior subteriacet, ipse pre-
mentem

Excauat adnitens extante toremate num-
mum.

PARS

PARS QVINTA.

DIGNOSCENDI NVMMI ADVLTERIN

Quod supereft, hominum fraudemque ar-
tesque cauebis,
Qui tibi, dum nummi flagrat inconsultus ha-
bendi

Primus amor, tacitis aggressi illudere furtis 680
Subdola iactabunt mendacia, vendere grandi
Si pretio possint veteri simulata monetae
Compositis monumenta dolis, opibusque re-
fertas

Deliciis viduare suis impune tabellas.

Vix bene tum clausos defenderit arcula num- 685
mos,

Mutua si tecum nummi commercia praedo
Miscuit, instruxitque manus ad furta rapaces.
Ergo pari te ne qua dolo noua fabrica fallat,
Cautior obseruabis opus: vetus exprimit a-

cres
Magnanimosque virûm, fastu sed simplice, 690
vultus:

G

Lae-

Laeuior antiquis, sed non tamen aemula for-
mis

Ars noua spectanti dulce arridebit, et artis
Nobilioris opes nec quicquam imitata, pa-
tebit

Intactis suspecta notis; certumque minoris
695 Ponderis indicium est. Fuerit manifestius

ipsum

Pondus, ab igne liquens si cepit arena me-
tallum

Ementita typos; leuius rarescit ab igne

Quippe numisma, typi grauius densatur ab
ictu.

Ipsa etiam fraudes simulatis perfida num-
mis

700 Prodet arena suas, crebis rigidissima punctis
Quae scatet. Hinc tenues nummo apparere

lacunae

Et limae impressi subroso in margine dentes;

Hinc scabiosa, licet repararit malleus, ora,

Hinc stupidi vultus, scabra littera, quodque
refusae

705 Materiae vitium est ipsi indelebile limae.

Quae

Quae quia sunt manifesta, nigra, rubiginis
instar,

Faece dolos tegere, et crusta vestire tenaci.
Aspera signa solent, vstam quibus igne papy-

rum,

Quae crassa nummum fuligine tingat, inun-

gunt,

Aut Ammoniaco mihi sale virus aceti.

710

Sed color omnis hebet, quem non saturata
veneno

Addiderit tellus, fallacem et noueris illam

Quae tibi pungendo facilis mollescere faecem.

Quid dicam infossos penitus tellure sub
alta

Tingere qui vera nummos aerugine tentant? 715

Certa quidem aerugo, fuso sed lucida virtus

Tarda venit. Vix qui tellure metalla re-
condit,

Cum senuit, secum defossa senescere cernit.

Quid qui nil dubitant reparare numismata

(a) caelo

G 2

Exe-

(a) *Le Burin.*

720 Exesisque quasi (a) signinum impingere for-
mis

Lentum, apprima tenax, supplendis sculptile
signis;

Iniectamque iubent super indurescere faecem.

Tu caelo rimare dolos, compactaque crebro
Signa pete hinc illinc punctu : tibi si qua re-

725 Mollius, asperior tibi pars quoque si qua ri-
gebit,

Mollities fraudem duro non æqua metallo

Arguet. Ast, oculo si quid censore valebis,

Altius impressos caeli deprendere ductus

Fas fuerit, nummumque simul contemnere;

730 Aut nulla, aut parua est reparati gratia numimi.

Sed malefida magis malecautum industria
fallet,

Si quis forte nouis antiqua metalla recudat

Malleolo reparata typis. Tamen hic quoque

visus

Non

(a) *Le Ciment.*

Non fugit argutos dolus. Inspexisse laboras
 Si proprius, rigido nimis alta toteumate signa, 735
 Aut molli depresso, nouae spirare videntur
 Nescio quid fraudis; pressuque austera re-
 centi

Scissura, aut signis fordinis lucentibus ora.

Ecquis erit fraudi modus? Ecce numismata
 te partes
 Delere auersas, si quid communius illis 740
 Affuerit monumentum, aliudque inducere di-
 scunt

Rarius. Hic oculi facilis labor arte notare
 Antico capiti discordes pone figuram.

Id metuens alias geminos a vertice num-
 mos

Diuidit, anticis posticos orbibus orbes 745
 Cautius adiungens, alienam et foedere miro
 Cogit in alterius nummi coalescere partem:
 Neu pateat circum inserti fraus glutinis, oras
 Expolit adstringens, turn magno turgidus ore
 Nulli visa prius nummi miracula iactat. 750
 Venditet hic stolidis mendacia vana; peritis

- Illusifse nefas. Fuit hac solertius arte
 Qui vario ex nummo partes aptare petitas
 Nouit, adoptium, granis qua circulus extat
 755 Alterius partis morderet vt ora metallum.
 Indeprena fuit multis fallacia, sensit
 Tandem aliquis, caeloque dolos recludit ad-
 acto.
 Saepe nouata etiam, deleta, vel addita raros
 Littera mutato mentitur nomine nuni-
 mos:
 760 Sed quibus assiduo diuersi principis vſu
 Diuersos licuit vultus dignoscere, nullo
 Ora labore notant proprium repetentia no-
 men.
 Nec semel ipsa typi est simulata iniuria, pressas
 Pondere frangentis grauiore numismatis o-
 ras;
 765 Certius vt veniat non cuso rite metallo
 Cusi vana fides ab hiulco margine nummi.
 Proderit attento scrutari lumine rimas,
 Et nisi mole typi diducta metalla ruentis
 Altius inter se exiguis lentescere fibris

Videris, effectos promptum est cognoscere sul- 770
cos.
1sq

Quod magis indignere, viros, quos nulla
vetustas

Olim immortali nummis donauit honore,
Sponte sua sacrare typis fallacibus audent;
Et Phrygium Aenean, celebratoremque poe-
tam, aequali

Quosque vetus cecinit sapientes fama Pelas- 775
gos.

Sed quid plura loquar retegenda accom-
moda fraudi

Praecepta? Effectis, si quid sapis, omnia num-
mis

Omnia germanis fient manifesta; vetustos
Iudice si tentare oculo digitoue iuuabit:
Jam mollis rigor, et fortis mulcebit habentem 780
Mollities tractata manum; iam signa nite-
bunt

Nobiliore situ, lenique tumentia dorso:
Quam noua mentitur ne quicquam aemula
laudem.

Sci-



Scilicet a iusto non parua toreumate semper

785 Addita laus nummis. Quo quaeque potentior olim

Floruit, hoc maiore typo conflare metalla

Gens studuit, memores ut nomina clara mo-

~~sqq. exprimuntur. nomen agniti in~~

Longius extremis possint transmittere seclis.

At populis quae nunc teritur, durabile ne-
scit

790 Nostra moneta decus, planoque numismatis
orbe

Vix sua signa tument. Nummos sortita per-
ennes,

Parce tamen nimio, Romana superbia, fastu;
Nostra quoque aeternum clarescere Gallia
iussit

Heroas patrios, monumentaque grandia
vulgo

795 Non permissa rudi, maiore toreumate cudit,
Quae neque, Roma, tui possint contendere
nummi.

Ille

Ille typis tantus nostris labor additus (a) ex
Inuentum, vt nummos versante volubile dex-
tra
Fortius excudat valido libramine pondus.
Tantae molis opus, *Lodoix* o magne, trium-800
phis
Et titulis signata tuis monumenta petebant.
Tale petunt signanda tua virtute metalla
Regibus inuidiosa aliis, rex optime regum;
Qui quamquam patrias olea compescere lau-
ros
Pacificus gaudes, vbi te tamen aequus ad 805
arma
Mars vocat, ingentes animos attollis, et vltor
Pergis auita tuis augere trophya triumphis.
Te populi plausu, te carmine Musa, di-
ferto
Te Themis ore canat; *Lodoix*, te munere
noſtro

H

Nunc

(a) *Le Balancier.*

810 Nunc formidatum belli sine fulmine regem,
Nunc Aquilas Marte Austriacas vltore do-
mantem

Ipsa metalla canent. Tibi quae ditissima plenis
Dives habet venis vltro sua munera tellus
Ecce aperit foetas auro argentoque fodinas.

815 Quis mihi suscepto iam brachia dura la-
bori

Expedit, et dignas coeptis ingentibus artes
Suscitat? Aethnaeis properet Vulcanus ab
antris;

Vna adsint socii Cyclopes et ardua grandes
Acceptura typos affurgat machina; iamque
820 Mobile voluat agens alterna libramina pon-
dus.

Vna omnes properate, viri, mollesque me-
tallos

Inspirare animas monumentaque principe
digna

Condere. Maiestas oculos frontemque se-
renet,


Omnia victorem referant, magnum omnia
regem.

Et

Et pateat vultu viuens sub pectore virtus: 825
Addite dilectumque suis hostique tremen-
dum,

Seu paci, felix qua Gallia nuper ouabat,
Indulget bonus; attonitam seu fulmine belli
Concutit Europam, socii fortissimus vltor.

F I N I S.



MAMMUT

173
Hilberus dicitur alius sibi hoc operis
Additio libri numero tunc postea transi-
tum
Sed hanc filii des Gellis nobis operis
Insuper potest omnium non habuisse per
Cognitis Thesibus potest possit illius auctor
T. I. N. I. S.



Thm 875

WDR

ULB Halle
009 162 089

3



GEORGII VIONNET
E SOCIETATE IESV

MVSEVM
N V M M A R I V M
CARMEN

SIVE
NOTITIA
REI NVMMARIAE VETERIS

RECENSIVT PRAEFATVSQUE EST

CHLAEGER

CONSILIIS
BVS.

